John Carter Brown
Library
Brown University

[illegible]
Sabin 99756

Mundus Nouus

¶ De natura et moribus ⁊ ceteris id gnis gẽtiũ
que i nouo mũdo opera ⁊ impẽſis ſereniſſimi
portugallie regis ſuperioribus ãnis inuento

Albericus veſputius Laurẽtio petri de medicis Salutẽ plurimã dicit

S Uperiorib⁹ diebus ſatis ample tibi ſcripſi de reditu meo ab no
uis illis regionib⁹ quas ⁊ claſſe. ⁊ impenſis. ⁊ mandato iſtius
ſereniſſimi portugallie regis ꝑqueſiuimus ⁊ inuenimus quaſqꝫ
nouũ mundũ appellare licet Quãdo apud maiores noſtros nulla de ip
ſis fuerit habita cognitio ⁊ audientib⁹ õnib⁹ ſit nouiſſima res. Etenĩ hec
opinionẽ noſtroꝝ antiquoꝝ excedit. cũ illoꝝ maior pars dicat vltra line
am equinoctialẽ. ⁊ verſus meridiem nõ eſſe ꝯtinentẽ. ſed mare tñ quod
atlanticũ vocãt ⁊ ſi qui eorũ ꝯtinentẽ ibi eſſe affirmauerũt eã eſſe terram
habitabilẽ multis rõnib⁹ negauerũt Sed hanc eoꝝ opinionẽ eſſe falſã
⁊ veritati oĩno ꝯtrariam: hec mea vltima nauigatio declarauit: cũ in ꝑti
bus illis meridianis ꝯtinentẽ inuenerim frequẽtiorib⁹ populis. ⁊ aĩa
lib⁹ habitatã. q̃ noſtram Europam ſeu Aſiam vel Africã. ⁊ in ſuꝑ aerẽ
magis tẽperatum ⁊ amenũ. q̃ in quauis alia regione a nob' cognita prout
inferius intelliges. vbi ſuccincte tantũ reꝝ capita ſcribemus. et res dig-
niores annotatione. ⁊ memoria que a me vel viſe. vel audite in hoc nouo
mundo fuere. vt infra patebit.

P Roſpero curſu quartodecimo mẽſis Maij Milleſimo q̃ngen
teſimo primo receſſimus ab Olyſippo mãdãte p̃fato rege cũ
trib⁹ nauib⁹ ad inquirendas nouas regiones v'ſ⁹ auſtrũ Ui
ginti menſib⁹ ꝯtinenter nauigauimus ad meridiẽ Cuius nauigatõis or
do talis eſt Nauigatio noſtra fuit ꝑ inſulas fortunatas. ſic olim dictas
nũc aũt appellãtur inſule magne canarie. que ſunt in tercio climate. ⁊ in
ꝯfinib⁹ habitati occidentis Inde ꝑ oceanũ totũ littus africũ. ⁊ ꝑtẽ ethi-
opici ꝑcurrimus vſqꝫ ad promontoriũ ethiopũ. ſic a ptholomeo dictũ qđ
nũc a noſtris appellaẗ Caput viride. ⁊ ab ethiopibus Beſeghice. ⁊ regio
illa mandinga gradib⁹ quattuordecim intra torridam zonam a linea e-
quinoctiali verſus Septẽtrionẽ q̃ a nigris gẽtib⁹ ⁊ populis habitatur
Ibi reſumptis virib⁹ ⁊ neceſſarijs noſtre nauigationi extulimus ancho
ras ⁊ expandimus vela ventis. ⁊ noſtrũ iter ꝑ vaſtiſſimũ oceanũ dirigẽ
tes verſus antarticum parũper ꝑ occidentẽ inflexímus ꝑ ventum. qui.
Uulturnus dicit. ⁊ a die qua receſſimus a dicto promontorio duũ men-
ſium. ⁊ triũ dierũ ſpacio nauigauimus anteq̃ vlla terra nob' appareret
In ea aũt maris vaſtitate quid paſſi fuerimus q̃ naufragi pericula. ⁊ q̃
corꝑis incõmoda ſuſtinuerimus q̃buſqꝫ anxietatib⁹ aĩmi laborauimus.
exiſtimationi eorũ relinquo. qui multarũ rerũ experientã optime norũt
q̃d ſit incerta querere. ⁊ q̃ an ſi ſint ignorantes inueſtigare. ⁊ vt vno v̄bo
vniuerſa ꝯſtringam ſcies qđ ex dieb⁹ ſexaginta ſeptem quib⁹ nauigaui-
mus ꝯtinuos Quadraginta quatuor habuim⁹ cũ pluuia. tonitruis ⁊ co
ruſcationib⁹. ita obſcuros. vt neqꝫ ſolem in die neqꝫ ſerenum celũ i nocte

vnquam videremus Quo factū eſt vt tantus in nobis īceſſerit timor. ꝗ
pene iam omnem vite ſpem abieceramus In hijs aūt tot tantiſqꝫ procel
lis maris. ⁊ celi: placuit altiſſimo: nobis corā mōſtrare ꝯtinentem. ⁊ no=
uas regiones. ignotūqꝫ mundū Quibꝰ viſis: tanto ꝑfuſi fuimꝰ gaudio
quantū quiſque cogitare poteſt ſolere his accidere. qui ex varijs calami=
tatibus ⁊ aduerſa fortuna ſalutem ꝯſecuti ſunt Die autem ſeptima Au
guſti milleſimo quingenteſimo primo in ipſarum regionū littoribꝰ ſub=
miſimus anchoras. gratias agentes deo noſtro ſolēni ſupplicatiōe. atqꝫ
vnius miſſe cantu cū celebritate Ibi eam terram cognouimus non inſu
lam. ſed ꝯtinentem eſſe quia ⁊ lōgiſſimis ꝓducit̄ littoribus non ambien
tibus eam. ⁊ infinitis habitatoribus repleta eſt Nam in ea innumeras
gentes. ⁊ populos. ⁊ ōnium ſilueſtriū animaliū genera. que in noſtris re=
gionibus reperiuntur Inuenimus ⁊ multa alia a nobis nūq̄ꝫ viſa. de ꝗ
bus ſingulis longum eſſet referre. Multa nobis dei clementia circūful
ſit. quando illis regionibus applicuimus. nam ligna defecerāt. ⁊ aqua
pauciſqꝫ diebꝰ in mari vitam proferre poteramus Ipſi honor ⁊ gloria ⁊
gratiarum actio.

CONſilium cepimus nauigandi ſecundū huius ꝯtinentis littus
verſus orientem: nunq̄ꝫ illius aſpectum relicturi Moxqꝫ illud
tamdiu ꝑcurrimus: ꝗ puenimus ad vnum angulum: vbi littꝰ
verſuram faciebat ad meridiem: ⁊ ab eo loco vbi primum terram attigi=
mus: vſqꝫ ad hunc angulū: fuerunt circa trecēte leuce. in huius nauiga
tionis ſpacio: pluries deſcendimus in terram et amicabiliter cū ea gente
ꝯuerſati fuimus. vt infra audies Oblitus fueram tibi ſcribere: ꝗ a pro
montorio Capitis viridis vſqꝫ ad principiū illius ꝯtinentis: ſunt circa
Septingente leuce: q̄uis exiſtimem nos nauigaſſe plꝰ. ſcꝫ. Mille octin
gentas: partim ignorātia locoꝝ ⁊ naucleri. partim tempeſtatibus ⁊ ven
tis impedientibꝰ noſtrū rectum iter. ⁊ impellentibus ad frequentes ver
ſuras Quod ſi ad me ſocij animum non adieciſſent: cui nota erat. Coſ=
mographia. nullus erat nauclerus ſeu dux nauigationis. qui ad Quin
gentas leucas noſceret vbi eſſemus Eramus eīn vagi ⁊ errantes: et in=
ſtrumenta tantūmodo altitudinū corporum celeſtiū: nobis ad amuſſim
veritatem oſtenderunt. ⁊ hec fuere Quadrans ⁊. Aſtrolabiū. vti ōnes
cognouere Hinc deinceps me multo ſunt honore proſecuti. Oſtendi eīn
eis. qḋ ſine cognitione marine carte: nauigandi diſciplinā magis callebā
q̄ꝫ oēs naucleri totius orbis. Nā hi nullā habent noticiā niſi coꝝ locorū
que ſepe nauigauerūt Ubi aūt dictus angulus terre: monſtrauit nobis
verſuram littoris ad meridiem: ꝯuenimus illud preter nauigare. ⁊ īq̄re
re: quid in illis regionibꝰ eſſet Nauigauimus aūt ſcḋm littus circa Sex
centas leucas: ⁊ ſepe deſcendimus in terrā: ⁊ colloquebamur: et ꝯuerſa=
bamur cū eaꝝ regionū Colonis. ⁊ ab eis fraterne recipiebamur. et ſecū
q̄nqꝫ morabamur quindecim vel viginti dies cōtinuos amicabiliter. et
hoſpitabiliter vt inferius intelliges Noue iſtius continentis pars eſt in
torrida zona: vltra lineam eq̄noctialem: verſus polum ātarticū, nā eius

principiū incipit in octauo gradu vltra ipſam lineā equinoctialē. Secundū
huius littus: tā diu nauigauimus: q̄ preter greſſo capricorni tropico inue
nimus polū antarticū cū illo eorū orizonte altiorem Quinquaginta gra
dibus. Fuimuſq̄ ꝓpe ipſius antartici circulū ad gradus decem ⁊ ſeptē
ſemis. ⁊ quid ibi viderim. ⁊ cognouerim de natura illarū gentiū. deque ea
rum moribus. ⁊ tractabilitate. de fertilitate terre. de ſalubritate aeris. de
diſpoſitione celi. corporibuſque celeſtib⁹: ⁊ maxime de ſtellis fixis octaue
ſpere nūq̄ a maioribus noſtris viſis. aut ꝑtractatis deinceps narrabo.

Primū igitur: quo ad gentes Tantam ī
illis regionib⁹ gentis multitudinem inuenimus. quantam ne-
mo dinumerare poterat (vt legitur in Apocalipſi) gentē aſt deo
mitē atq̄ tractabilē. Oēs vtriuſq̄ ſexus incedunt nudi nullā corpis ptē
operiētes. ⁊ vti ex ventre matris prodeunt. ſic vſq̄ ad mortem vadunt.
Corpa eñ habent magna. quadrata. bene diſpoſita. ac proportionata ⁊
colore declinantia ad rubedinem Quod eis accidere puto. q̄r nudi incedē
tes tangantur a ſole Habent ⁊ comā amplā et nigram. Sunt in inceſſu
⁊ ludis agiles. ⁊ liberali. atque venuſta facie. quā tñ ipſimet ſibi deſtruūt
Perforant eñ ſibi genas. ⁊ labra. ⁊ nares. ⁊ aures Neq̄ credas forami
na illa eſſe parua. aut q̄d vnum tantum habeant Uidi eñ nō nullos ha-
bētes in ſola facie Septem foramina. quorū quodlibet capax erat vnius
pruni. obturant ſibi hec foramina cū petris ceruleis. marmoreis. criſtal
linis. ⁊ ex Alabaſtro pulcherrimis. ⁊ cum oſſibus candidiſſimis. et aliis
reb⁹ artificioſe elaboratis ſecundum eorum vſus. Quod ſi videres rem
tam inſolitam. et monſtro ſimilem. hominem ſcȝ habentem in genis ſiue
maxillis ſolum. ⁊ in labris Septem petras: quarum nōnulle ſunt longi
tudinis palmi ſemis. nō ſine admiratione eſſes. Sepe etēm conſideraui
⁊ iudicaui: ſeptem tales petras: eſſe ponderis vnciarum ſedecim. preter
quod in ſingulis auribus trino foramine perforatis: tenēt alias petras
pendentes in anulis: ⁊ hic mos ſolus eſt virorum. Nam mulieres non
perforant ſibi faciem: ſed aures tantum. Alius mos eſt apud eos ſatis
enormis: ⁊ preter omnem humanam crudelitatem Nam mulieres eorū
cum ſint libidinoſe faciunt intumeſcere maritorum inguina in tantam
craſſitudinem. vt deformia videantur ⁊ turpia. et hoc quodam earum ar
tifitio ⁊ mordicatione quorundam animalium venenoſorum. ⁊ huius rei
cauſa: multi eorum amittunt inguina: que illis ob defectum cure facceſ
cunt. ⁊ reſtant eunuchi Nō habent pannos neq̄ laneos. neq̄ lineos ne
q̄ bombicinos. quia nec eis indigent. nec habent bona propria. ſed om-
nia communia ſunt. viuunt ſimul ſine rege. ſine imperio. ⁊ vnuſquiſq̄ ſi
bi ipſi dominus eſt. Tot vxores ducunt. quot volunt. et filius coit cum
matre. ⁊ frater cū ſorore. ⁊ primus cum prima. et obuius cum ſibi obuia.
Quotiens volunt matrimonia dirimunt, ⁊ in his nullū ſeruāt ordinem

Preterea nullum habent templū. ⁊ nullam tenent legem. neq; ſunt ydolatre Quid vltra dicam. viuunt ſcđm naturam. et epicuri potius dici poſſunt. ꝙ̄ ſtoici. Non ſunt inter eos mercatores. neqꝫ comertia rerum. Populi inter ſe bella gerūt ſine arte ſine ordine Seniores ſuis quibuſdam concionibus iuuenes flectūt ad id qđ volūt ⁊ ad bella incendūt. in quibꝰ crudeliter ſe mutuo interficiunt. ⁊ quos ex bello captiuos ducūt: nō eorū vite: ſed ſui victus cauſa: occidendos ſeruant. nā alij alios: ⁊ victores victos comedunt: ⁊ inter carnes humanas eſt eis cōmunis cibus. Huius aūt rei certior ſis. q2 iam viſum eſt patrem comediſſe filios ⁊ vxorem. et ego hoiem noui. quem ⁊ allocutus ſum. qui plus ꝙ̄ ex trecentis humanis corporibꝰ ediſſe vulgabatur Et idem ſteti diebꝰ vigintiſeptē in vrbe quadam. vbi vidi ꝑ domos humanā carnem ſalſam ꝯtignationibus ſuſpenſam. vti apud nos moris eſt lardū ſuſpendere ⁊ carnem ſuillam. Plus dico. ipſi admirantur cur nos non comedimus inimicos noſtros. ⁊ eorū carne nō vtimur in cibis. quā dicūt eſſe ſaporoſiſſimaꝫ Eoꝝ arma ſunt arcus ⁊ ſagitte. ⁊ quando ꝓperant ad bella nullam (ſui tutandi gratia) corporis ꝑtem operiunt. adeo ſunt ⁊ in hoc beſtijs ſimiles. Nos quantū potuimus conati ſumus eis diſſuadere. et ab his prauis moribꝰ dimouere qui ⁊ ſe eos dimiſſuros nobis promiſerunt Mulieres (vt dixi) ⁊ ſi nude incedant ⁊ libidinoſiſſime ſint. eaꝝ tñ corpa habent ſatis formoſa et munda. neque tam turpes ſunt. quantū quis forſan exiſtimare poſſet. q2 (quoniā carnoſe ſunt) minus apparet earū turpitudo. que ſcꝫ pro maiori parte a bona corpature qualitate opera eſt Mirū nobis viſum eſt: ꝙ inter eas nulla videbant que haberet vbera caduca: ⁊ que ꝑturierant vteri forma ⁊ ꝯtractura nō nihil diſtinguebāt a vginibꝰ. ⁊ in reliquis corporū ꝑtibꝰ ſimilia videbant. que ꝓpter honeſtatem ꝯſulto pretereo. Quādo ſe chriſtianis iungere poterant nimia libidine pulſe omnem pudicitiā ꝯtaminabant. Viuunt annis centū quinquaginta raro egrotant. ⁊ ſi quā aduerſam valitudinē incurrunt. ſeipſos cū quibuſdā herbarū radicibꝰ ſanant Hec ſunt que notabiliora apud illos cognoui. Aer ibi valde tēperatus. ⁊ bonus. ⁊ vt ex relatione illoꝝ cognoſcere potui. nūquā ibi peſtis aut egrotatio aliqua. q̄ a corrupto prodeat acre. ⁊ niſi morte violenta moriantur: longa vita viuunt. credo q2 ibi ſemꝑ perflant venti auſtrales. et maxime quē nos. Eurum vocamus: qui talis eſt illis. qualis nobis eſt aquilo Sūt ſtudioſi piſcature. ⁊ illud mare piſcoſum eſt ⁊ omni genere piſcium copioſum. huic ſunt piſcatores puto. quia cū ibi ſint multa aīalium ſilueſtriū genera. et maxime leonum ⁊ vrſorū ⁊ innumerabilium ſerpentū. aliarūqꝫ horidarū atqꝫ deformiū beſtiarū ⁊ etiā cū ibi longe lateqꝫ pateant ſilue. ⁊ immēſe magnitudinis arbores nō audent nudi. atqꝫ ſine tegminibus ⁊ armis tantis ſe diſcriminibus exponere.

R Egionum illaꝝ terra valde fertilis eſt ⁊ amena. multiſqꝫ collibus ⁊ montibꝰ ⁊ infinitis vallibꝰ atqꝫ maximis fluminibꝰ abundās et ſalubribus fontibꝰ irrigua ⁊. latiſſimis ſiluis ⁊ denſis vixque penetrabilibꝰ ōniqꝫ feraꝝ genere plenus copioſa Arbores maxime ibi ſi

ne cultoꝝ proueniunt Quoꝝ multe fructus ſunt guſtui delectabiles, ⁊ hũanis corpibus vtiles. nõnulle vero ↄtra. ⁊ nulli fructus ibi his noſtris ſunt ſimiles Signũtur ⁊ ibi innũerabilia genera herbarũ ⁊ radicũ ex quibꝰ panẽ conficiunt ⁊ optima pulmẽtaria Habent ⁊ multa ſemina his noſtris õnino diſſimilia Nulla ibi metallorum genera habẽtur preter auri cuius regiones ille exuberant. licet nihil ex eo nobiſcum attulerimus in hac prima noſtra nauigatione. Id nobis notum fecere incole. q̃ affirmabant in mediterraneis magnam eſſe auri copiam. et nihil ab eis eſtimari vel in precio haberi Abundãt margarit̄. vt alias tibi ſcripſi Si ſingula que ibi ſunt cõmemorarer. ⁊ de nũeroſis aĩalium generibꝰ eoꝝ q̧ multitudine ſcribere vellem. res eſſet omnino pꝛplixa ⁊ immenſa Et certe credo ꝙ plinius noſter milleſimam ꝑtem nõ attigerit generis Pſitacoꝝ reliquarum auiũ nec non ⁊ aĩalium. que in hiſdem regionibꝰ ſunt cũ tanta facierum atque coloꝝ diuerſitate. qꝺ ↄſũmate picture artifex. Policetus i pingẽdis illis deficeret Oẽs arbores ibi ſunt odorſuaues ⁊ ſingule ex ſe gũmi vel oleum vel liquorẽ aliquẽ emittunt. Quoꝝ ꝓprietates ſi nobis note eſſent nõ dubito. quin humanis corporibus ſaluti forẽt. quarum ſitus (vt dixi) eſt ad meridiem in tanta aeris temperie. qꝺ ibi neque hyemes gelide. neq̧ eſtates feruide vnq̄ habent. Celũ ⁊ aera maxima ꝑte anni ſerena ſunt. et craſſis vaporibus inania Pluuie ibi minutim decidũt. ⁊ tribus vel quatuor horis durãt. atq̧ ad inſtar nimbi euaneſcũt Celũ ſpecioſiſſimis ſignis ⁊ figur̄ ornatum eſt. in quo annotaui ſtellas circiter viginti tante claritatis. quante aliquando vidimus. Venerem ⁊ Iouem Harum ⁊ motus ⁊ circuitiones conſideraui earumq̧ peripherias et diametros geometricis methadis dimẽſus fui. eaſq̧ maioris magnitudinis eſſe dep̄hendi Vidi in eo tres canopos. duos quidem claros tercium obſcurum. Polus antarticus non eſt cũ Vrſa maiore et minore vt hic noſter videtur articus. nec iuxta eum conſpicitur aliqua clara ſtella. ⁊ ex hijs que circumcirca eum breuiore circuitu feruntur tres ſunt habẽtes Trigoni. Orthogoni Schema. Quarũ dimidia peripherie diametrus. gradus habet nouem ſemis. Cum hijs orientibꝰ a leua cõſpicit̄ vnꝰ Canopꝰ albꝰ eximie magnitudinis. q̧ cũ ad mediũ celũ ꝑueniũt hãc habẽt figuram.



Oſt has veniũt alle due. quarũ dimidia peripherie diametrus gradus habet duodecim ſemis. ⁊ cũ eis ↄſpicitur alius Canopus albus Hijs ſuccedunt alie ſex ſtelle formoſiſſime et clariſſ

me inter omnes alias octaue Sphere.q̄ in firmamenti ſup̄ficie dimidiū
habent peripherie diametrum graduum triginta duorum cum hijs per=
uolat vnus Canopus niger immenſe magnitudinis conſpiciuntur ĩ via
lactea.ꝛ hm̄oĩ figuram habent quando ſunt in meridionali linea.



Multas alias ſtellas pulcherrimas cognoui.quaꝝ motus dilig̃
ter annotaui.ꝛ pulcherrime in quodam meo libello graphice de
ſcripſi in hac mea nauigatione Hunc aũt in preſentiarum tenet
hic Sereniſſimus Rex.quē mihi reſtiturū ſpero.in illo hemiſperio vidi
res philoſophorum rōnibꝰ non ꝯſentientes.Jris alba circa mediam no
ctem bis viſa eſt non ſolum a me.ſed etiam ab oĩbus nautis.Similiter
pluries nouã lunam vidimus:eo die:quo ſoli ꝯiungebaꝫ ſingulis nocti=
bus in illa celi parte diſcurrunt innumeri vapores.et ardentes faces.
Dixi paulo ante in illo hemiſperio qđ tamen ꝓprieloquendo nō ē ad ple
num hemiſperiū reſpectu noſtri.qꝛ tamen accedit ad huiuſmodi formã
Sic illud appellari licuit.

i Situr vt dixi ab Olyſippo.vnde digreſſi ſumus.quod ab linea
equinoctiali diſtat gradibꝰ trigintanouem ſemis nauigauimus
vltra lineam equinoctialem ꝑ quinquaginta gradꝰ.qui ſimul
iuncti efficiunt gradus circiter nonaginta.que ſumma eam quartã ptē
obtineat ſummi circuli ſecundū veram menſure rationē ab antiquis no=
bis traditam manifeſtū eſt nos nauigaſſe quartam mundi ptem Et hac
ratione nos Olyſippum habitantes circa lineam equinoctialem gradu
trigeſimonono ſemis ĩ latitudine ſeptentrionali ſumus ad illos qui gra
du quingenteſimo habitant vltra eandē lineam in meridionali latitudi=
ne angulariter gradus quinque in linea tranſuerſali.ꝛ vt clarius intelli
gas Perpendicularis linea.quã dum rectiſtamus a puncto celi iminen
te vertici noſtro dependet in caput noſtrum.illis dependet in latus et in
coſtas.Quo fit vt nos ſimus in linea recta.ipſi vero in linea tranſuerſa
ꝛ ſpecies fiat trianguli orthogoni cuius vicem linee tenemus cathete.ip
ſi aũt Baſis ꝛ hypotenuſa a noſtro ad illoꝝ protenditur verticem vt in
figura patet Et hec de Coſmographia dicta ſufficiant.

b Ec fuerũt notabiliora.que viderim in hac mea vltima nauiga
tione quam appello diem tercīu Nam alij duo dies fuerũt due
alie nauigationes.quas ex mandato Sereniſſimi hiſpaniarū
Regis feci verſus occidentem.in quibus annotaui miranda ab illo ſub
limi omniū creatore deo noſtro pfecta rerum notabiliū Diarium feci.vt

ſi quando mihi ocium dabitur poſſim oĩa hec ſingularia atqꝫ mirabilia colligere. ꝛ vel Geographie vel Coſmographie librū cōſcribere vt mei recordatio apud poſteros viuat. ꝛ omnipotentis dei cognoſcatur tā immenſum artificium in parte priſcis ignotum. nobis aūt cognitū Oro ita qꝫ clementiſſimū deum ꝙ mihi dies vite prorogetvt cū ſua bona gratia atqꝫ anime ſalute huius mee voluntatis optimam diſpoſitionem ꝑficere poſſim Alios duos dies in ſanctuarys meis ſeruo ꝛ reſtituēte mihi hoc ſereniſſimo Rege diem terciū patriam ꝛ quietam repetere conabor. vbi ꝛ cū peritiꝭ ꝯferre. ꝛ ab amiciꝭ id opus ꝑficiendū ꝯfortari ꝛ adiuuari valeā.

Ateveniam poſco Si nō vltimam hanc meam nauigationem ſeu potius vltimū diem tibi non tranſmiſi vti poſtremis meis litteris tibi pollicitus fuerā. Cauſam noſti qm̄ necdum ab hoc ſereniſſimo Rege Archetipum habere potui Mecū cogito ad huc efficere quartum diem. ꝛ hoc pertracto. ꝛ iam mihi duarū nauium cum ſuis armamentis promiſſio facta eſt. vt ad ꝑquirēdas nouas regiones verſꝰ meridiem a latere Orientis me accingam ꝑ ventum: qui Africus dicitur In quo die multa cogito efficere in dei laudem. ꝛ huius regni vtilitatem ꝛ ſenectutiꝭ mee honorem. ꝛ nihil aliud expecto niſi huius ſereniſſimi Regis ꝯſenſum Deus id ꝑmittat. quod melius eſt. Quid fiet intelliges.

EX Italica in Latinam linguam iocundus interpres hāc epiſtolam vertit. vt latini omnes intelligant ꝙ̄ multa mirāda in dies repiantur. ꝛ eoꝝ ꝯprimatur audacia. qui Celum ꝛ maieſtatem ſcrutari ꝛ plus ſapere ꝙ̄ liceat ſapere volunt. qm̄ tanto tp̄e quo mundus cepit ignota ſit vaſtitas terre. ꝛ que ꝯtineantur in eo

Laus deo.



13252
Stevens
June, 1922

H505
V581mA

BOUND BY SANGORSKI & SUTCLIFFE, LONDON